



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P.|| VINCENTII|| BRVNI, SOCIE-||TATIS IESV,|| BREVIS  
TRACTATVS|| DE SACRAMENTO|| POENITENTIAE,**

**Bruno, Vincenzo**

**Coloniæ Agrippinæ, 1598**

**VD16 B 8664**

De II. Parte Poenitentiæ quæ est Confessio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59993](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-59993)

POENITENTIAE. II

facultatibus, siue in honore. Nam si-  
cut afferit S. Augustinus. Non dimittitur Ep. 54.  
peccatum, nisi restituatur ablatum: Remit-  
tere quoque liberè & condonare in-  
iurias ab alijs illatas, cum Christus di-  
xerit, Si demiseritis hominibus peccata eo Mart. 6.  
rum, Pater quoque cœlestis demittet vobis Marc 11.  
peccata vestra. Si verò non dimiseritis eis,  
nec pater vester vobis dimittet peccata  
vestra.

Postremo ad perfectionem huius vir-  
tutis necessarium est, ut homo habeat  
propositum confitendi omnia pecca-  
ta sua, minimum mortalia, & fa-  
ciendi pœnitentiam, quam pro illis sa-  
cerdos iniunxerit.

DE II. PARTE POENI-  
tentia quæ est Confes-  
sio.

SECV NDA Pars Pœnitentiæ est  
Confessio. Nam etsi contritio, si ve-  
ra sit, ex se vim habeat expiandi pecca-  
ta, tamen quia Pœnitens non potest  
verè dici contritus, si non habeat pro-  
positum confitendi, & sèpè contingit,  
ut non habeat tam perfectum dolo-  
rem, qui sine confessione sufficiat ad  
impetrāndam peccatorum veniam, &

A 7 16-

**D E S A C R A M E N T O**  
recuperandam gratiam, idcirco necesse est, quantum fieri potest, confiteri Sacerdoti ut virtute clauium peccata dimittantur.

**D E C O N D I T I O N I B V S**  
*Confessionis.*

**Q**VATVOR sunt principales conditiones Confessionis ut sit valida, nempe, ut sit integra, diligens, fidelis, & obediens.

**P R I M O** debet esse integra. Necessarium enim est Sacerdoti manifestari omnia peccata mortalia, quæ quis commisit, & quorum potuit recordari, explicando unumquodque in particulari secundum suam speciem & numerum, ut infra dicetur, sic ut Confessarius cuiusque grauitatem possit intelligere, & dignoscere, sitne mortale an veniale. Quod vero ad peccata venialia attinet, et si hominem non priuent gratia Dei, & sine peccato possint taceri, nihilominus valde utilis est ea quoque confiteri, ut demonstrat ipsis piorum & spiritualium hominum.

**S E C U N D A** Conditio est, ut sit Diligens, hoc est, ut homo, antequam ad Confessionem accedat, diligentem conscientię examine ad eam se præparet,

ad